Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Briefe - Cod. Aug. perg. 83

Paulus <Apostel, Heiliger>

[S.l.], [11. Jh.]

Epistola II ad Thessalonicenses

urn:nbn:de:bsz:31-11851

Visual Library

inuicem; propter quod consolamini inuicem. & aedificate
te alter alterum. sicut et facitis. Rogamus autem uos fratres. ut noue
ritis eos qui laborant inter uos. et praesunt uobis in dno. & mo
nent uos. ut habeatis illos abundantius in caritate; propter
opus illorum. pacem habete cum eis. Rogamus autem uos
fratres. corripite inquietos. consolamini pusillanimes. susci
pite infirmos. patientes estote ad omnes. uidete ne quis ma
lum pro malo alicui reddat. sed semper quod bonum est
sectamini inuicem & in omnes. semper gaudete. sine in
termissione orate. in omnibus gratias agite. Haec enim
uoluntas di est in xpo ihu in omnibus uobis. Spm nolite exstin
guere. prophetias nolite spernere. omnia autem probate. qd
bonum est tenete. ab omni specie mala abstinete uos;
Ipse autem ds pacis. sanctificet uos per omnia. ut integer
sps ur. & anima. et corpus. sine querela in aduentum dni
nri ihu xpi seruetur. Fidelis est qui uocauit uos. qui etia
faciet. Fratres. orate pro nobis. Salutate fratres omnes in
osculo sco. Adiuro uos per dnm urm ihm xpm. ut lega
tur epistola haec omnibus fratribus. gratia dni nri ihu xpi
cum omnibus uobis. amen;

Ad thessalonicenses secundam scribit apostolus. innotum fa
cit eis de temporibus nouissimis. et de aduersarii destruc
tione; scribit autem hanc epistolam ab athenis; EXP. II.

Paulus & siluanus. et timotheus. ecclesiae thessalonicensium.
in dno patre nro. et dno ihu xpo; gratia uobis et pax; a do
patre nro et dno ihu xpo. — Gratias agere debemus do
semper pro uobis frs ita ut dignum est. quo super crescit fides
uestra. & abundat caritas uniuscuiusque urm in inuicem. ita
ut et nos ipsi in uobis gloriemur in ecclesiis di. pro patientia
urm. & fide. in omnibus persecutionibus urs & tribulationi
bus. Quas sustinetis in exemplum iusti iudicii di. ut digni ha
beamini in regno dni. pro quo & patimini; si tamen iustum est.
apud dm retribuere tribulationem his qui uos tribulant.
& uobis qui tribulamini. Requiem nobiscum in reuelatione
dni ihu de caelo cum angelis uirtutis eius. In flamma ignis
dantis uindictam de his qui non nouerunt dm. & qui non
oboediunt euangelio dni nri ihu xpi. qui poenas dabunt
in interitu aeternas. a facie dni & a gloria uirtutis eius. cum
uenerit glorificari in scis suis. & admirabilis fieri in om
nibus qui crediderunt. quia creditum est testimonium nrm

ſup uoſ In die illo; In quo & tum oramuſ ſemp p uobiſ. ut
dignetur uoſ uocatione ſua dſ noſter. & impleat omnem
uoluntatem bonitatiſ. & opuſ fidei in uirtute. di ut clarifi
cetur nomen dni nri ihu xpi in uobiſ. & uoſ in illo ſecun
dum gratiam di nri & dni ihu xpi.

Rogamuſ autem uoſ fratreſ. per aduentum dni nri ihu xpi.
& nrae congregationiſ in ipſum. ut non cito moueamini
a uro ſenſu nec terreamini. nec per ſpm. nec per ſermonem
nec per epiſtolam tamquam per noſ miſſam. quaſi inſt&
dieſ dni. ne quiſ uoſ ſeducat ullo modo. quoniſi uenerit
diſceſſio primum. & reuelatuſ fuerit homo peccati; fili
uſ perditioniſ. qui aduerſatur. & extollitur ſupra omne
quod dicitur dſ. aut quod colitur. Ita ut in templo di ſed
eat. oſtendenſ ſe tamquam ſit dſ. non retinetiſ quod cum
adhuc eſſem apud uoſ. haec dicebam uobiſ; & nunc quid
detineat. ſcitiſ. ut reueletur in ſuo tempore; Nam myſte
rium iam operatur iniquitatiſ. tantum ut qui tenet
nunc teneat. donec de medio fiat. & tunc reuelabitur
ille iniquuſ. quem dnſ interfici& ſpu oriſ ſui. et deſtru
et illuſtratione aduentuſ ſui. eum cuiuſ aduentuſ ſecun
dum operatione ſatanae. in omni uirtute. & ſigniſ. et
pdigiiſ mendacibuſ. & omni ſeductione iniquitatiſ hiſ
qui pereunt. eo quod caritatem ueritatiſ non receperunt.
ut ſalui fierent; Et ideo mittit illiſ dſ operationem er
roriſ ut credant mendacio. ut iudicentur omneſ qui n
crediderunt ueritati. ſed conſenſerunt iniquitati. Noſ
autem debemuſ gratiaſ agere do ſemp pro uobiſ dilecti a do.
quod elegerit uoſ dſ primitiaſ in ſalutem. in ſcificati
one ſpſ & fidei ueritatiſ. in qua et uocauit uoſ per euan
gelium nrum. in adquiſitionem gloriae dni nri ihu
xpi; Itaq; frſ ſtate. et tenete traditioneſ quaſ didi
ciſtiſ. ſiue per ſermonem. ſiue per epiſtolam nram; Ipſe
dnſ nr ihſ xpſ & dſ pater nr. qui dilexit noſ. & dedit
conſolationem aeternam. & ſpem bonam in gratia.
exhortetur corda uſa. & confirm&. in omni opere et
ſermone bono. de cetero frſ. orate pro nobiſ. ut ſermo dni
currat. & clarificetur. ſicut & apud uoſ. & ut libere
mur ab importuniſ & maliſ hominib; non enim eſt om
nium fideſ. fideliſ autem dnſ eſt. qui confirmabit noſ
& cuſtodiet a malo. confidimuſ autem de uobiſ in dno.

quoniam quae praecipimus. & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in caritate dei & patientia xpi.

Denuntiamus autem vobis fratres. in nomine domini nostri ihu xpi. subtrahatis vos ab omni fratre. ambulante inordinate. & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis. quem admodum oporteat imitari nos. quoniam non inquieti fuimus inter vos.

Neque panem gratis manducavimus ab aliquo. sed in omni labore & fatigatione. nocte & die operantes. ne quem vestrum gravaremus. non quasi non habuerimus potestatem. sed ut nosmet ipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud vos. hoc denuntiabamus vobis. quoniam siquis non vult operari. nec manducet. Audivimus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete. nihil operantes. sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt denuntiamus & obsecramus in domino ihu xpo. ut cum silentio operantes. suum panem manducent. Vos autem fratres. nolite deficere bene facientes. quod siquis non oboedit verbo nostro per epistolam. hunc notate. & non commisceamini cum illo. ut confundatur. & nolite quasi inimicum existimare. sed corripite ut fratrem. Ipse autem dominus pacis. det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus cum omnibus vobis. Salutatio mea manu pauli. quod est signum in omni epistola. ita scribo. Gratia domini nostri ihu xpi cum omnibus vobis. Amen.

ARGUMENTUM EPISTOLAE AD TIMOTHEUM.

Timotheum instruit et docet de ordinatione episcopatus. & diaconii. & omnis ecclesiasticae disciplinae.

Paulus apostolus xpi ihu. [Scribens ei a nicopoli per tychicum diaconum.] secundum imperium dei salvatoris nostri et xpi ihu spei nostrae.

INCIPIT EPISTOLA.

Timotheo dilecto filio in fide. gratia misericordia & pax a deo patre et xpo ihu domino nostro.

Sicut rogavi te ut remaneres ephesi cum irem in macedoniam. ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent. neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis. quae quaestiones praestant magis quam aedificationem dei quae est in fide. Finis autem praecepti est caritas de corde